

Dominus vobiscum. *R.* Et cum spí-ri-tu tu-o.

Sequénti-a Sancti Evangé-li-i secúndum Jo-ánnem. *R.* Glóri-a ti-bi Dómine.

In illo témpore : Di-xit Jesus pha-risæ-is: Ego sum pastor bonus. Bonus

pastor ánimam su-am dat pro óvibus su-is. Mercená-ri-us autem, et qui non

est pastor, cu-jus non sunt oves própri-æ, videt lupum veni-éntem, et

dimíttit oves, et fugit: et lupus rapit, et dispérgit oves: mercená-ri-us

autem fugit, qui-a mercená-ri-us est, et non pértinet ad e-um de óvibus.

Ego sum pastor bonus: et cognóscó me-as, et cognóscunt me me-æ. Sicut

novit me Pater, et ego agnóscó Patrem: et ánimam me-am pono pro óvibus

me-is. Et á-li-as oves hábe-o, quæ non sunt ex hoc oví-li: et illas opórtet

me addúcere, et vocem me-am áudi-ent, et fi-et unum oví-le, et unus pastor.